Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



tamenta sua et ait Numquid
ego sum deus vt occidere possim
et viuificare, quia iste mittit
ad me, vt curem hominem a lepra
sua Animaduertite et videte
quod occasiones quaerat ad
uersum me Cumque audisset
heliseus vir dei scidisse
videlicet regem israel vestimenta
sua, misit ad eum dicens Quare
scidisti vestimenta tua Veniat
ad me et sciat prophetam esse
in israel Venit ergo naeman
cum equis et curribus et
stetit ad ostium domus helisei
Misitque ad eum heliseus nuntium
dicens Vade et lauare septies
in iordane et recipiet
sanitatem caro tua atque mida
beris Iratusque naeman re
tredebat dicens Putabam quod
egredietur et stans inuocare
nomen domini dei sui et tan
gere manu sua locum lepre
et curaret me Numquid non
meliores sunt abana et phar
phar fluuii damasci cunctis
aquis israel vt lauer in eis
et mundar Cum ergo vertis
set se et abiret indignatus
accesserunt ad eum serui sui
et locuti sunt ei Pater et
si rem grandem diuisset
tibi propheta certe facere debu
eras quanto magis quia nunc
dixit tibi lauare et munda
beris Descendit et lauit in
iordane septies iuxta ser
monem viri dei et restitu
ta est caro eius sicut caro
pueri paruuli et mundatus est
Reuertensque ad virum dei cum
omnem comitatum suum venit
et stetit coram eo et
ait Vere scio quod non
sit deus in vniuersa terra
nisi tantum in israel Obsecro ita
que vt accipias benedictionem a
seruo tuo Et ille respondit Vi
uit dominus cuius sto in conspectu eius quia non
accipiam Cumque vrgeret
pertinaciter noluit acquiescere Dixit
quoque naeman Vt vis Sed ob
secro ut detur mihi seruo tuo
vt tollam onus duorum burdonum
de terra Non enim faciet
seruus tuus vltra holocaustum
aut victimam diis aliis nisi
domino hoc autem solum est de
quo deprecabor dominum per seruum
tuum Cumque ingressus fuero templum rammon vt
adorem et illo innitente
super manum meam si adoraueri
rammon adorante eo in eo
dem loco vt ignoscat mihi
dominus seruo tuo per hanc
Cui dixit ei Vade in pace
Abiit ergo ab eo electo fere
spatio Dixitque ei puer viri
dei Pepercit dominus naeman
seruo isti vt non accipiat ab
eo quae attulit Viuit dominus
quia curram post eum et accipiam
ab eo aliquid Et secutus est
ergo post tergum naeman Cum
cum ille vidisset currentem ad se
desiluit de curru in occursum
eius et ait Recte ne sint
omnia Et ille ait Recte Dominus
meus misit dicens mihi Modo
venerunt ad me duo ado
lescentes de monte ephraim
ex filiis prophetarum da illis ta
lentum argenti et vestes
mutatorias duplices Dixit
que naeman Melius est vt
accipias duo talenta Et